

(13,)

598 (bott)

106

ELOGIUM

Excellentissimo ac Reverendissimo Domino

D. FRET ANTONIO ab Exilio

Hujus Diæcœsiæ Sebastianopolitanae

Clarissimo Atlanti;

Qui

Vianæ tot acutissimorum ingeniorum aulæ,

In paucis illustrissimus natus

(Ideo

Quam plures Aquilam augurati subtiliorem,

Ac Syderibus lucidiorēm

Cælestem navim æstinati)

Vix

E cunis in lucem editus,

Cum in pueris sub tenero pueritia flore

Præbuit virtutis specimen,

Floris instar veneris

Suavitatis odorem in floribus exalantis.

si

In nobilissimo ortu Rosa prævisus,

In sectandis Petri tropicis

Pervisus est Heliotropium.

Immersus Narcisus,

A sacro Fonte Deo Sacer

Ortum habuit emersus novus Flos, & Sol;

Ut

Olympos, & orbi exortum putas.

Cum nomina rerum proprietatum sint signa;

A rore salutifero Olivam

Speciosam virtutibus Olympos,

Ac meritis orbi se rorare,

Et radiis emicare auspiciatus;

Veluti

Sol numquam occiduus.

si

Illiū nomen (Antonius) respicio;

Re

Re

In illo aliis nitentior Margarita nobis abscondir;

Qua

Nititur Ecclesiae nitor.

Nec non

In illo maximam Tonantis singularitatem

(Scilicet Tonans)

Præ singulis exaudiri credas.

Jure

In confesso est apud omnes;

Adhuc mortalitate potentem,

Sed immortalibus meritis exornatum

Tot Zodiaci in Cælis luminibus

Tot Ecclesiae in terris Luciferis

Ab Omnipotente fuisse præfectum.

Non illum in ullo ævo juvenem dicam;

Nam

Et si in animi virtute florebat juvenis;

Senior florebat in moribus

Cum

Humaniorum litterarum limina salutaret,

Apprime Pallemonis artem Caluit Pallas;

Ita

Ut docere videretur.

In exaudienda, docendaque Philosophia;

Præcelluit Platonem;

Ita, ut Divinus audiret.

In sacra Theologia evestiganda

Angelus intellexit.

Tandem

Annos agens juveniles.

Divitias renuit terrestres;

Et totum Benedictorum Religioni se vorvit;

Ut meritis, & virtutibus ditesceret.

Qua

Omnium scientiarum stemate

Maxima erga omnes laude

Laureatus

Cano-

Cænobriarchæ decus gesit ad stuporem;

Ita

Ut ægregia vivendi ratione omnes superent.

In Lusitania præ omnibus condecoratum

Tum morum virtutibus,

Tum pictatis moribus,

Diadema Luandise Episcopale decoravit.

Quo in munere

Tot Ovium errantium vigilantia

Nec fidium vocalitate,

Nec facundiæ fidibus,

Aut muneribus

Cylenius flexit Argum vigilantiorum.

Denique

In Ethiopia lux Orientalis in tenebris lucens:

In Occeano Aurora Consurgens;

Cui

Potius Thetys, & Nereus æmuli

Habuissent in votis

Illi Neptunia sceptra invito tradere,

Quam frui invicti.

Ad ultimum

Felicissimi Januarii Fluminis

Cummuni Civium guadio

Phæbus meridianus radios spargit

Et hunc illuminat Zodiacum

Quintus Planeta.

Quam obrem die Jovis, nunc sibi proprio

Hanc Januariam Civitatem illustravit.

Cujus meum est,

Acumen,

Morum integritatem;

Gratam vultus modestiam,

Promptam in rebus gerendis facultatem,

Magnumque apud subditos Cor

Laudibus Cumulare.

Mirum est,

Non inter benesonantes Pierides plectro

In

In Parnasso Phæbum resonare
Sed inter tot benemeritos , ac scientiis præditos

Januariae Deæcessis Canonicos

In solio Præsulem Confidere !

Et si

Pro rostris dicentem admirremur ;

Achillis Gallicus

Etiam

In animis iliciendis tanta adest efficacia ;

Ut Lusitanum Orpheum observemus.

Sat est.

In rationum pondere

Sale que orationis ,

Ciceronem.

In observandis Christi vestigiis Aquila ;

In Illius duplice ad ministranda Diæcese

Ipse Petrus.

Tanto eloquio ,

Tanta que prudentia ;

Ut dicam melius ;

Homerus.

Vive Præsul , Salve Pastor

Ullis verbis numquam satis laudandus ,

Ast dignus

Qui

Digniori ala Collauderis.

Nam tanta charitate incendis

In Præbiteris sacris initiandis ,

Ut

Maximam ovibus subcendis dilectionem ;

Hoc opus rudis plumæ

Non opus imperitia ,

Sed tuæ sacratissimæ dexteræ venia ,

Memor tantorum erga subditos beneficiorum ;

Nec tanti Herois meritum immemor ,

Genu flexo.

Decico , voveo , ac Consecro

Franciscus Xavirius de Alusquerque.